

Res semel extra familiam alienata, si deinde redeat iterum ad familiam, sit iterum obnoxia Retractui. fol. 81. n. 227.

Filio Naturali non legitimo, spectato jure Germanie, non competit Jus Retractus, bene tamen legitimo, item exheredato; item Renuntianti successioni. fol. eod. n. 228.

Jus Retractus competit Laico, etiam quando res vendita est Clerico, ex eo principio Juris: Quod quilibet Juris in alios statuerit, eodem Jure & ipse utatur. fol. eod. n. 229.

Monasterio, intuitu sui Professi, non competit Jus Retractus, quia Professus non amplius censetur esse ex familia vendentis, usus tanquam unus de familia. Unde consequens est, quod si per Professum aliqua bona ad Monasterium pervenerunt, etiam si Monasterium illa bona vendat, non sit locus Retractui. Si tamen Monasterium emat aliquod bonum, possunt Vendoris consanguinei retrahere, sicut de Emptore Clerico dicitur. fol. 82. n. 230.

Si res vendita est consanguineo remotiori, ad huc proximiori competit Jus Retractus. fol. 82. n. 231.

Quando Venditio ex aliquo capite & defectu est nulla, cessat Jus Retractus. fol. eod. n. 232.

Si res immobilis detur Creditori in solutum, ad huc est locus Retractui. Unde idem dicendum, si Prædictum æstimatum æstimacione faciente venditionem daretur in dotem. fol. 82. n. 233.

Ratione Retractus non tenetur retrahens ad duas Gabellas, sed ad unam solam. fol. eod. n. 234. Etiam si primus Emptor exemptus esset à Gabella, retrahens tamen non gauderet hac exemptione. fol. 82. n. 235.

Si plures res retrahibiles uno pretio sint venditæ, necesse est, vel omnes retrahi, vel nullam. fol. eod. n. 236.

Revisio.

Tomo 5.

Revisionis remedium successit remedio Supplicationis. fol. 82. n. 498. Est remedium extraordinarium, quo in Camera Imperiali Læsis ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statutum Imperij ad id deputatos succurritur. fol. 83. n. 499. Petenda est intra 4. Menses à lata sententia Camerali, & insinuando Cancellario Imperij. num. 500.

A petente Revisionem est deponenda certa pecunia, sicut applicanda, si male posita est. n. 501.

Est petenda in scripto, etiam pro sententia definitiva. n. 502.

Si sententia Interlocutoria Revisio petita est, & retractata, Causa principalis ad Judicium Camere remittenda est. n. 503.

R.

In Revisorio non admittuntur novæ probationes, & deductiones. n. 505.

An Revisio suspendat executionem, Praxis locorum attendenda est. n. 506.

Revocatoria Actio.

Tomo 5.

Vocatur communiter *Pauliana*; & definitur: Actio competens Creditori adversus eum, qui sciens, & particeps fraudis, accipit bona ab Actore Debitore in fraudem Creditoris alienata. fol. 119. n. 169. Est regulariter Actio Realis, eò tendens, ut res alienata restituatur in pristinum statum, perinde ac si nunquam alienata fuisset. n. 171.

Quando res fuit alienata titulo lucrativo, non est necesse, quod conventus fuerit consensu fraudis. 172.

Hac Actione non potest revocari Legatum & Hæreditas, si in fraudem Creditorum non accipitur. fol. 120. n. 175.

Reus.

Tomo 5.

Reus voluntarius debet habere legitimam personam standi in Judicio, non item necessarius seu in vitus. fol. 142. n. 308.

Ut reus teneatur respondere Judici interroganti, debet ipsi constare sistem extrajudicialiter, quod habeat Jus interrogandi. fol. 143. Item quod Judex ex confessione non sit falsum præsumpturus. n. 311. Fundamentum interrogandi debet in processu probatum fuisse, & hoc reo constare.

Reus juridicè interrogatus tenetur sub culpa gravi fateri veritatem, nisi timenda esset ex confessione pena mortis, damnationis ad triremes, aut confiscatio omnium bonorum, mutilationis, &c. si tamen spes sit, quod negando sit penam evasurus. fol. 144. n. 317.

Qui negavit delictum cum deberet fateri, non tenetur postea fateri, nisi intra terminum assignatum. fol. 145. n. 325.

Reo quantumvis innocenti, non licet resistere primæ comprehensioni legitime factæ. fol. 146. n. 327.

Sententiæ materialiter injuste potest reus possitive resistere, & se defendere etiam armis si opus sit, secluso gravi scandalo. n. 329.

Reus potest non solum ante, sed etiam post Sententiam fugere, etiam effringendo carcerem, & probabiliter etiam in causa pecuniaria. n. 331. nisi jurasset oppositum. n. 333.

Quantumvis alijs non sit licitum effringere carcerem,

R.

licet tamen fugam consulere, (exceptis Ministris) nisi esset homo Reipublice valde notorius. fol. 147. Licet etiam subministrare instrumenta. n. 338.

Reus si ob negatam injuste veritatem absolvatur à pena pecuniaria, non propterea tenetur eam postea solvere. fol. 148. n. 339.

Reus quomodo ad Articulos Inquisitionales respondere teneatur, vide, *Articuli Inquisitionales*.

Tomo 6.

Reo, tam confesso, quam etiam convicto, dandus est terminus defensionis, etiam in flagranti deprehenso, & in contumaciam condemnato. fol. 272. n. 324.

Dato defensionis termino, & reo ad largam seu carcerem posito, communiter indulgetur, ut scilicet Officialibus solus cum Advocato agat. fol. 273. n. 325.

Terminus defensionis potest Judex denegare in criminalibus, quando petiur cavillandi causa, item furibus famosis & latronibus. n. 327.

Nec de plenitudine potestatis potest ceteroquin Princeps tollere reo in criminalibus defensiones, excepto secundum quosdam Summo Pontifice. n. 328.

Renuntiatio termini defensionis non est facile admittenda. fol. 274. ubi ponitur forma. & num. 330. quid Jure Bavarico observetur circa terminum defensionis, & publicationem Processus.

Pater admittendus est ad defensionem filij. fol. 274. n. 331. Imò etiam personæ conjunctæ. n. 332.

Judex tenetur ex officio quærere defensiones Rei, easque supplere, & quocunque modo adjuvare, etiam reo non petente. fol. 275. n. 333.

Denique quisvis alius, qui veller fungi officio Advocati, admittendus esset. eod.

Reus potest in qualibet parte Judicij, etiam post elapsum terminum defensionis, usque ad executionem Sententiæ suam innocentiam probare. fol. 275. n. 335.

Volens probare suam innocentiam antequam respondeat ad articulos, non est audiendus. fol. 276. n. 336. De cetero toties audiendus, quoties se ad novas probationes offert. n. 337.

Libertur reus à pena ordinaria testimonio unius, non enervato. fol. 276. num. 338. ubi exemplum. Etiam si talis testis ceteroquin esset inhabilis, dummodo alij testes haberi non possint. n. 341. Si testis solum de credulitate deponat, opus est, ut fundamentum suæ credulitatis alleget. n. 342. & seqq.

Reus, obiciens accusatori calumniam in accusando de crimine verè commissio, sed non probanti, peccaret, per se loquendo, & contra charitatem & contra Justitiam. fol. 278. n. 349.

S.

Ad infirmandum testimonium, licet reo objicere testibus occulta crimina, si aliter non potest infirmare. fol. 279. n. 350. & seq. Quod si objiceret falsum crimen testi injuste testificantem, peccaret non solum contra veritatem, sed etiam contra justitiam, practicè loquendo. n. 354.

Si Reus à publicis Ministris in flagranti deprehendatur, hoc non est sufficiens ad condemnandum, esto forte sufficiat ad torturam. fol. 284. n. 307. & seq. Si cum solum deprehendit privatus, talis non probat semiplenè, si denuntiet, nec sufficit ad torturam, sed solum ad inquirendum. n. 372. Si à pluribus est deprehensus & denunciatus reus, debet Judex cum non suspectis confrontare, & negantem subjicere torturæ. n. 373. Si deprehensus à persona Judicis extra tribunal, Judex potest procedere ad inquisitionem, non ad torturam. n. 374. bene tamen si deprehensus esset à Judice in actu ad ejus officium spectante, & alijs presentibus. n. 375. Imò aliquando ad ipsam condemnationem. fol. 285. n. 376.

Reus nec probans innocentiam, nec præstans Juramentum purgationis, in levioribus defensionibus, pro confesso, in gravioribus torqueri potest. fol. 287. num. 385.

Quomodo reo respondendum sit ad articulos Inquisitionales, vide, *Articuli Inquisitionales*.

S.

Sacilegium.

Tomo 6.

Sacilegium est mixti fori. fol. 7. n. 127. Sacilegium furtum quâ ratione puniatur, vide, *Peculatus*.

Salvus Conductus.

Tomo 6.

Spectato Jure communi, in salvo Conductu veniendi, videtur inclusus etiam Recedendi. Non item Jure Bavarico. fol. 257. n. 145. & seq.

Salvus conductus Veniendi & Recedendi dicitur generalis, vi cujus quovis die Juridico elapso securè recedere potest, & debet. fol. 238. num. 146. Salvus conductus specialis est, vi cujus licet tempore litis conversari cum amicis, præstita cautione. n. 149.

Salvus conductus concedi potest ab omni Magistratu, qui habet Merum Imperium. n. 150.

Salvus conductus non potest ab inferiore Judice concedi reo notorio. n. 151. In dubio est concedendus petenti, ad suam innocentiam probandam. fol. 239. n. 152.

Reo præsentis cujus copia haberi potest, vel jam incarcerato petenti Salvum conductum, aut carceris relaxationem, oblatâ fidejussoria cautione, in atrocibus neutrum concedendum. n. 153. Nisi moraliter constaret Judici ex Actis, reum esse absolutum. n. 155.

Vi Salvi Conductus concessi, non potest reus in territorio concedenti de novo delinquere. n. 156.

Jurisdictioni alienæ, per quam reo fortè transcendendum est, non præjudicatur per Salvum Conductum, quominus capi possit. f. 240. n. 157.

Salvus Conductus concessus cum clausula: *donec in penam condemnatus fuerit*: durat, donec sententia transeat in rem judicatam, nec ante incarcerationi potest. Suspectus de fuga debet cautionem præstare. Contra fugientem procedendum, sicut, si nunquam comparuisset. f. 240. n. 158. & seq.

Violans Securitatem concessam per Salvum conductum, concessam à Principe, puniendus penâ Læse Majest. n. 160.

Non obstante Salvo conductu, potest reus delictum in Judicio confessus in carcerem conijci, & latâ sententiâ puniri. f. 240. n. 161.

Fidejussores ad obrinendum Salvum conductum dati, obligantur ad reum Judicio sistendum, & ut penâ, ad quam condemnabitur, possit executioni mandari. n. 162. Quæ cautio non est necessaria, si reus habet sufficientia bona immobilia, nu. 163. In defectum cautionis fidejussoria, & bonorum, Juratoria non admittitur, nisi in delictis levioribus. n. 164. Liberantur Fidejussores, si Reus saltem se sistat ad audiendam sententiam. n. 165.

Reo in termino præfixo non comparente, fidejussoribus permittitur purgatio moræ, & prolongatur terminus. f. 241. n. 166.

Reo se non sistente, potest Accusator, etiam post solutam à Fidejussoribus penam, pergere in accusando, usque ad Sententiam Banni. nu. 167. præmissâ tamen novâ citatione ad audiendam sententiam Banni. n. 168.

Salvus Conductus prodest toti familie reum comitanti, nisi quis ex illa etiam reus esset. num. 169.

Salv^o Conductus concessus intuitu unius delicti, extenditur etiam ad alia minora non expressa. nu. 170. Generaliter pro omnibus concessus, non extenditur ad futura. n. 171.

Salvus Conductus potest quidem ex gravibus causis de novo emergentibus revocari, sed absque hujus notificatione Reus capi non potest. f. 242. nu. 172.

Finis Jurisdictione, vel morte concedentis, re adhuc integrâ, expirat Salvus Conductus concessus. n. 173.

In causa fractæ pacis publicæ, solus Judex Cameralis nomine Imperatoris concedere potest Salvum Conductum. n. 174.

Sanctio.

Tomo 1.

Sanctio strictæ, est Lex aliquid sub penâ capitis præcipiens vel prohibens. f. 2. n. 2.

S.

Satio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi Jure gentium, similis Plantationi. vide, *Plantatio*. Mala Fidei sator & Possessor, potest fructus auferre, nisi dominus agrî sumptus refundat. f. 425. n. 145.

Satisfatio.

Tomo 5.

Satisfatio strictè fit dato fidejussore, latius, etiam pignorbibus. f. 173. n. 489.

Satisfatio Judicialis est triplex. Judicio sisti. Rem ratam haberi, seu de rato. Judicatum solvi. n. 490.

Reus conventus non compellitur univèrsim hodierno Jure Satisfare Judicatum solvi, sed: Judicio sisti. n. 491. Quodsi non possideat bona immobilia, exigitur fidejussoria, vel, his deficientibus, pignoratiâ de Judicio sisti. num. 592. Nec esset idoneus fidejussor gaudens privilegio fori, nisi huic possit renuntiare. f. 172. n. 593.

Si de sufficientia & idoneitate oblata fidejussoris dubitetur ab Actore, Arbitrè constituitur: quodsi idoneus respueretur, injuriarum actione conventi possit. n. 494.

Viri illustres & in dignitate constituti, sufficienter cavent Juratoriâ cautione: *Judicio solvi*. Et qui probaverint, se nec fidejussores nec pignora habere posse. n. 495. Hodie non aliam cautionem præstat Actor, quàm de sumptibus litis, & damnis resarciendis si succumbat. n. 496. Rei Possidentes bona immobilia, sufficientia ad litis æstimationem in Judicis territorio non nisi ad nudam promissionem adiguntur. n. 497.

An in causis capitalibus Fidejussoria cautio admitti possit, volunt aliqui probabiliter, Judicis arbitrio relinquendum. f. 173. n. 498. quamvis communiùs negetur. eod. & seq.

Procurator Actoris exhibens Judici mandatum, non tenetur cavere de rato, secus tenetur. f. 173. n. 501.

Satisfatio exigenda & præstanda est ante litis contestationem, aliquin Procuratore recufante Reus absolvetur reusis expensis. f. 174. n. 503.

Ratihabitio fieri potest verbis & actibus. num. 504.

Si Reus præsens constituit Procuratorem, debet pro hoc cavere, *judicatum solvi*. Et de comparando ad audiendam sententiam. n. 505.

In Satisfatione *Judicatum solvi*: tres Clausulæ intelliguntur. 1. De re judicata. 2. De re defendenda. 3. De Dolo malo. quæ explicantur. fol. 174. à n. 506.

Scripturæ Sigillatæ.

Tomo 5.

Sigilli Authentici seu publici appressio, facit Scripturæ

Scripturæ plenam fidem, si cætera de consuetudine requisita interveniant, in illis casibus, in quibus sola Subscriptio sufficeret, quia sigillum habet vim Subscriptiois. f. 385. n. 777.

Pro sigillante tamen non probat, nisi sit Supremi Principis. n. 788.

Sigillum authenticum Ordinarij Scripturæ private appressum, cum Subscriptioe duorum testium, plene probat pro tertio & contra tertium in quibuscunque negotijs. n. 779. Etiam non pertinentibus ad Officium sigillantis. n. 780. Si ad Officium sigillantis spectet, plene probat etiam sine testium Subscriptioe. n. 781.

Si Scriptura privata tempore productionis caret sigillo, non probat, etiamsi ibi diceretur, Sigillum fuisse appressum, & in charta apparet hujusmodi appressiois vestigium. n. 782.

Quando Sigillum est adeo fractum, ut ex residua parte non possit cognosci, quod sit illius, cujus esse dicitur, nil probat. f. 386. n. 783.

In Scripturis privatis sigillum privatum idem operatur, quod Subscriptio, cum hoc tamen discrimine, quod fortius probet, actum fuisse absolutum, quia apponitur tanquam ultimum complementum. n. 784.

Sigillum privatum plene probat contra sigillansem, ea quæ continentur in Scriptura, si sit à sigillante recognitum. n. 786.

Qui negat, sigillum esse suum, non potest gravari ad hoc probandum, sed potius adversarius. Qui verò fateatur esse suum, sed negat suo consensu esse appressum, tenebitur hoc probare. fol. 386. n. 788. & seqq.

Scripturarum & Sigillorum Recognitio.

Recognitio facienda est coram Judice, nisi conditio personæ requiratur, ut domi fiat. f. 388. n. 596.

Personæ conjunctæ possunt admitti, si suspicio cesset. Item Subditi in absentia Domini, si juramento fidelitatis sint soluti. n. 598.

Procurator habens speciale mandatum recognoscendi, si neget esse manum Principalis, debet à principali exigi recognitio. n. 599.

Testes afferentes se optimè novisse manum, non est necesse ut testentur, se vidisse scribentem. num. 600.

Scripturæ publicæ non habent opus aliâ recognitionem quàm Judicis. n. 601.

Renuntiationem Recognitionis Jura non admittunt. fol. 389. n. 603.

Scopelismus.

Tomo 6.

Est quedam species Diffidationis: nempe posito lapidis in agro alieno, per hoc significando, quod colens talem agrum sit, ex ponentis insidijs sit periturus. fol. 95. n. 161.

S.

Secretum.

Tomo 6.

Secretum naturale non impedit manifestandi obligationem, quando ex malitia interveniente damnum grave imminet, etiamsi juratum esset. fol. 268. n. 307. absque periculo damni non tenetur testis à Judice interrogatus manifestare secretum, imò tenetur uti restrictione mentali, & servare secretum. fol. 269. n. 308.

Seditio.

Tomo 6.

Seditiosi dicuntur, qui illicitas congregationes & conventicula à Jure reprobata futim parant, cives populùmque commotionibus turbant. fol. 187. n. 555. Puniantur quandoque gladio, quandoque levius, pro qualitate facti. n. 556.

Solus conatus non punitur penâ ordinariâ, nec etiam si quis tumultum excitavit ad ulciscendum se de inimico. n. 557.

Sententia.

Tomo 1.

Sententiâ lata à Principe, non habet vim Legi, nisi hoc jubeat Princeps. fol. 7. n. 35.

Tomo 5.

Sententia Judicis ut partes obliget in conscientia, factis est, si non constet de injustitia. fol. 105. num. 100.

Si sententia realiter quidem injusta, formaliter autem justa est, solum in foro externo, ut scandalum vitetur, obligat. fol. 106. n. 101. ubi exemp.

Absolutus per allegata & probata, sed sciens se debitorem, tenetur in conscientia, sicut si non esset absolutus. fol. eod. n. 102. ubi casus.

Sententia inter alios lata alijs quibusdam etiam scientibus obest, quibusdam verò, etiamsi contra illos judicatum sit, nihil nocet. f. 254. n. 376. & seq. Plura de sententia, quid & quantum probet in alio vel eodem Judicio, vide, *Acta Publica*.

Sententia definitur in genere: Pronuntiatio Judicis super re à litigantibus proposita. fol. 496. num. 1.

Pronuntiatio arbitri non est propriè sententia. fol. 494. num. 4.

Sententia interlocutoria est propriè sententia, licet non antonomasticè sicut Definitiva. n. 5.

Sententia illa est Interlocutoria, quæ super emergentibus & incidentibus fertur, sed non tangit negotium principale, nec finem causæ imponit. fol. 495. n. 7. ubi n. seq. quid intelligatur per *Incidentis & Emergens*.

Sententiam interlocutoriam non posse à Judice revocari, est probabile. n. 13. & seqq. Oppositum æquè probabile, sed cum limitationibus. n. 18. relatiâ.

Sententia

Sententia Definitiva est, quæ Principalem Controversiam determinat. f. 498. n. 20. Plures illius differentia referuntur. eod.

Sententia pronuntians Instrumentum esse executioni mandandum contra aliquem, est Definitiva. fol. 499. num. 21.

Sententia pronuntians lapsa esse fatalia, & appellationem desertam, est Interlocutoria. n. 23.

Sententia quæ confessus condemnatur ad solvendum, quia diverso modo ferri potest, aliquando erit definitiva, aliquando interlocutoria. n. 24.

Sententia absolvens ab observatione Judicij ob absentiam Actoris, est interlocutoria. n. 25.

Sententia Diffamanti silentium imponens, ob non comparitionem, est interlocutoria. n. 26.

Si de Possessorio pronuntiat Principaliter, est Sententia definitiva, secus si Incidenter. fol. 500. num. 27.

Sententia condemnans in expensas lata cum principali, est definitiva. post definitivam in principali non potest fieri nisi eodem die. n. 28.

Sententia debet continere nomen Judicis, partium, tenorem libelli, substantiam processûs, partium præsentiam, vel contumaciam. fol. 500. n. 30. Item sensum condemnatorium vel absolutorium. n. 31. Sufficiunt tamen verba æquivalentia. n. 32. ubi exempla.

Sententia debet ita clarè concipi, ut non remaneat ambiguum, quem absolverit, aut condemnaverit, aut in quo. fol. 501. n. 33.

A Sententia sub conditione extrinseca lata, potest appellari. n. 35. Sub conditione falsa, est omnino nulla. n. 36. ubi casus. Obligans ad impossibile, ipso jure est nulla, adeoque non est periculum, ut ob neglectam appellationem transeat in rem judicatam. n. 37. Condicio intrinseca non vitiat Sententiam. n. 39. & fol. 502. n. 41. ubi, quarum sunt conditiones intrinseca.

Sententia non debet in incerto versari. Unde, nisi ex Actis constaret, non valeret. *Solve quod debes.* f. 502. n. 42. & seqq.

Ut Sententia contra leges aperta lata, sit ipso jure nulla, nec possit transire in rem judicatam, non sufficit; requiritur, ut sit à Judice sciente haec contrarietatem lata. fol. 503. n. 49. & seq.

Si Judex pronuntiet contra Jus manifestum, putans illud ad rem non facere, opus est appellatione. fol. 504. n. 51. Idem est, si Judex ignoravit legem. n. 53. Idem dicendum de Sententia lata contra communem DD. opinionem. num. 54. & seqq.

Quando Judex non habet ullum grave & difficulter solubile fundamentum contra communem opinionem probabiliter fundatâ, Litem facit suam.

fol. 503. n. 63. Neque habet repetitionem damni soluti ab eo, pro quo male judicavit. n. 64.

Suffragijs Judicium imparibus, valet Sententia majoris numeri, per se loquendo. f. 506. n. 67.

Si post conclusionem in causa unus Judicum se subduceret, Sententia à cæteris lata non teneret. num. 68.

Sententia duorum ex tribus Arbitrorum absente tertio, Jure Civili non valet: jure Canonico, si citatus non compareat, possunt duo Sententiam ferre. n. 69.

Discordantibus in pari numero Delegatis, illa Sententia valet, quam Delegans confirmaverit. fol. 507. n. 72. Discordantibus Ordinarijs, prævalet Sententia favorabilior. n. 73.

Asserens, se non posse ferre Sententiam, quia sibi non liquet, debet hoc jurando confirmare, & tunc cæteri procedunt. n. 75.

Si Judex est dubius, nec potest se resolvere, potest cogere partes, captis pignoribus, ad amicabilem compositionem, vel si malint, ad divisionem, aut fortem. fol. 509. n. 82.

Potest super eadem facti specie à diversis Judicibus diversis temporibus inter diversas personas ferri diversa Sententia. n. 83.

Regula, quòd Sententia debeat esse conformis libello, non procedit in criminalibus. f. 510. n. 86. Ut autem sit conformis, sufficit esse conformem in re, causa, & actione, etiam non attentis alijs circumstantijs in libello contentis. Neque huic conformitati officeret, si pronuntiaretur super correlativis, & quæ sunt de natura petitorum. n. 87. & seq.

Quando Sententia prolata est de pluribus causis in libello contentis, sed nõ nisi aliqua est sub jurisdictione Judicis, valet Sententia de illa causa. f. 511. n. 91. Item si petitur una summa tanquam unum caput excedens Jurisdictionis summam, valet Sententia quoad summam Jurisdictionis. n. 92.

Etiam si Judex de aliqua causa tanquam principali non habeat potestatem judicandi, potest tamen de ea judicare, si se habeat incidenter, ob continentiam causarum. n. 95.

Sententia nõdum lata, non valet attentio jure scripto tam Civili quàm Canonico. fol. 512. n. 97. & seqq. ubi n. 100. vide limitationes.

Sententia lata contra absentem non contumacem, si lis presentibus partibus inchoata est, valet quidem, sed potest per appellationem rescindi. fol. 513. n. 102.

Non est de substantia Processûs, Sententiam ferri in loco confueto. n. 103.

Sententia contra absentem contumacem lata, est firma. num. 104.

Senren-

Sententiarum nullitas in Camera non attenditur (nisi proveniat ex defectu Jurisdictionis) si de meritis causæ ex Actis liquido constet. n. 105.

Sententia lata ob testimonium à corruptis testibus latam, rescinditur restitutione in integrum, probata corruptela, & falsa testificatione. fol. 514. n. 106. & seqq. ubi casus. Et talis Sententia est perpetuò rescindibilis, & hoc sensu ipso jure nulla. n. 110. & seq.

Ob Instrumenta antiqua de novo reperta, regulariter non retractantur Sententia in negotijs privatis. fol. 515. n. 113. & seqq. ubi septem exceptiones referuntur. Neque ab hac regula excipiuntur Testamenta de novo reperta. fol. 517. num. 122.

Sententia contra Rempublicam seu in negotio publico lata, retractari potest per Instrumenta noviter reperta, non tamen nisi causâ cognitâ. f. 518. num. 128. Hodie solum cognoscendum est, an lapsam sit quadriennium restitutioni taxatum. n. 130. Hoc Privilegium etiam ad Ecclesiam extenditur. n. 131. Non tamen ad causam pupilli, minoris, & furiosi. fol. 519. Nec ad illos, qui ex probabili ignorantia non produxerunt Instrumenta noviter reperta. Nisi forte ex æquitate. num. 136.

Qualis Sententia ferenda sit super Interesse, vide, *Interesse.*

Qualis Sententia ferenda sit super Expensis, vide, *Expensis.*

Plura vide, *Judicatum*, seu *Res Judicata.*

De Sententiæ executione, vide, *Executio.*

Tomo 6.

Quomodo Sententia condemnatoria concipienda, formanda, & publicanda sit, vide, f. 530. per totam Controversiam.

Sententia non debet differri ob contumaciam Rei, nolentis se disponere ad mortem. f. 531. n. 564. in fine.

Sequestrum.

Tomo 4.

Sequestrum aliud est Voluntarium, aliud necessarium. Illud est, quando litigantes mutuo consensu eligunt aliquem, apud quem res litigiosa interim dum lis durat, deponatur, reddenda Victori lite finita. Necessarium, quando à Judice coguntur rem deponere apud tertium. Utrumque est species Depositum. fol. 254. num. 790. & seqq.

Sequester per Sequestrationem nunquam acquirit possessionem, ita ut desinat esse in possidente, & usucapio non curat, nisi hoc expressè convenit, ut ipsa possessio, de qua forte litigatur penes quem sit, sit in sequestro deposita, adeoque in Sequestrem translata. f. 156. n. 791.

Christi. Haun. Report.

Prohibitum est Judicibus Sequestrum partibus imponere regulariter loquendo, quamdiu Actor non probaverit, alterum esse debitorem. fol. 257. n. 796. ubi speciale Juris Bavarici. Prohibitio hæc non tantum procedit de pecunia, sed de quacunque alia re etiam litigiosa. n. 797. An etiam Jure Canonico sit prohibita ista sequestratio, non est certum. eod.

Sunt tamen plures casus, in quibus rectè sit hujusmodi Sequestratio per Judicem. Primus si ex persona litigantis periculum sit, ne vel cum re aufugiat, vel eam dissipet. fol. 258. num. 799. Secundus casus. Si dominus in servitium revocatur eum, quem pro mancipio possederat, sed in libertatem proclamavit, tunc servi peculium est sequestrandum, donec de servituti causa est judicatum. n. 800.

Tertius casus. Si debitor jam condemnatus, ab executionis excessu appellavit, appellacione recepta res litigiosa est sequestranda. In his casibus etiam fructus rei immobilis sequestrandus sunt, si à possessore dissipentur, nisi cautionem præstet. fol. 258. n. 801.

Quartus casus. Si utraque pars litigantium contendat se possidere, & subit armorum periculum, potest fieri rei litigiosæ sequestratio. Si tamen unius possessio esset certa, etiam si subisset armorum periculum, Superior deberet alijs remedijs turbantem compescere. fol. 259. n. 802.

Quintus casus. Quando inter dominum & colonum lis est de dominio rei, & colonus recusat satisfacere de fructibus restituentis, fructus sunt sequestrandus. fol. eod. n. 803.

Sextus casus. Quando duo super beneficio litigant, quorum neuter per triennium pacifice possedit, & à Sententia fuit appellatus. fol. eod. num. 804.

Septimus. Sequestrari potest res absentis per contumaciam. n. 805.

Ex re sequestrata sunt subministrandi sumptus & sustentatio illi litiganti, qui aliunde non habet unde vivat, aut expensas litis solvat, quia Sequestrum passus est. eod.

Sequester tenetur rem sequestratam fideliter custodire, fructus colligere, perituros distringere, pretium collectum pro usuris credere, reddere rationes, ac lite finita vincenti rem cum fructibus restituere. Jure Bavarico est illi levis culpa præstanda. fol. 260. n. 806.

Oblatâ idoneâ cautione de re litigiosa conservanda & restituenda, est relaxandum Sequestrum, non sufficeret cautio juratoria invito adversario. fol. eod. num. 807.

Sequestrum finitur 4. Modis. Litis terminatione: renunciatione factâ ex causa justa & approbata: purificatâ conditione, vel adveniente die,

Ce

in quem

in quem fuit res accepta in Sequestro. morte sequestris. fol. eod. n. 808.

Victori competit Actio Depositi sequestraria directa adversus sequestrum, ut restituatur & rationes reddat. Sequestri datur actio contraria ad consequendos sumptus & damna. fol. 260. n. 809.

Quando Sequestro est Judici prohibito, follet fieri Inventarium per Notarium. f. 261. n. 810.

Sequestro differt ab Artello quatuor modis, quos vide numero eodem.

Serviana Actio, & Quasi Serviana.

Tomo 4.

Serviana Actioe expeditur Locator fundi rustici, de rebus coloni, quae pignoris iure pro mercede fundi ei tenentur. fol. 181. n. 574. Verius est, non sufficere, ut sciente & consentiente locatore fuerint res illatae, sed requiri expressam conventionem. n. 575.

Locatori Praedij Urbani datur actio Quasi Serviana, quae est quasi generalis hypothecaria, competens cuius Creditori ex quavis causa pignus hypothecamve habenti. Est Actio praetoria. f. 182. num. 577. & fol. 301. n. 545.

Tomo 5.

Res illius, qui coloni colonus est, non sunt oppignoratae locatori primo, si non intervenit expressum pactum. fol. 120. n. 178.

Quasi Serviana datur etiam pro rebus ab Inquilino Inquilini illatis. f. 120. n. 181.

Res illatae non tantum pro pensione, sed etiam pro deterioratione obligatae sunt. n. 182.

Servitus.

Tomo 1.

Servitus in genere est Jus in re alteri constitutum, Jus domini minuens, alterius augendi causa, ut cogatur dominus aut quid non facere in suo, aut alterum facientem pati, quatenus commoda utentis requirunt. fol. 223. n. 223. Non requiritur utilitas proxima, sufficit radicalis & remota. fol. 224. n. 58.

Omnis qui pleno jure dominus est, potest servitutum rei suae imponere tam intervivos, quam per ultimam voluntatem. Imò in instanti translationis domini. fol. 224. n. 60.

Si res sit pluribus communis indivisim, unus sine consensu aliorum constituere servitutum non potest. Si pertineat ad aliquam communitatem, requiritur, ut saltem major pars consentiat. Si verò est communis pluribus ut singulis, omnium consensus requiritur in vivis. Usufructus tamen potest pro parte constitui ab uno solo. fol. 224. n. 61. Si quis Prior cessit, defunctus sit, vel alter focus esse desit antequam secundus cedat, tunc etiam secundus postea cedat, non est constituta

S.

Servitus, nec cessio defuncti confirmatur, sed opus est, ut haeres illius (si quidem fiat focus) consentiat. eod. Si duo domini diversis testamentis eandem servitutum legantur, tunc, ut servitus constituatur, necessitas ut haereditas amborum simul adeatur. In casibus his, quibus Testamentaria cessio confirmari non potest posterioribus cessionibus, datur adversus haereditatem actio personalis ex testamento, ut reliquorum cessionem confirmet. eod.

Proprietarius potest Servitutum nihil praedictantem Usufructuario, imponere rei fructuaria, praedictantem autem ne quidem cum consensu Usufructuarij, ita legibus statutibus, quatum vix potest commoda ratio reddi. f. 225. n. 62.

Vasallus, Emphyteuta, Superficiarius, possunt etiam irrequiriti domino directo Servitutum imponere, utpote habentes utile dominium: sed resoluta Feudo, Emphyteusi, Superficie, etiam Servitutum resolvitur. f. 226. n. 64.

Maritus non potest imponere Servitutum rei dotali, nec Tutor rebus Pupilli aut Curator. eod. n. 65.

In Judicio Familiae eriscundae aut communi dividendo, potest Judex exigentibus praedij Servitutum imponere. f. eod. n. 66.

Adjectio temporis vel conditionis in constituendis Servitutibus praedialibus, quamvis de Jure habeantur pro non adjecta, exceptione doli tamen à Praetore defenditur. n. 67. Modus tamen Servitutibus adijci potest. f. 227. n. 68.

Servitutum prosequimur actione confessoria, quae est Vindicatio Servitutis alteriusve Juris, à re alterius nobis vel praedio nostro debita, competens adversus impediendum ad declarationem Juris nostri, utque cesset impedimentum facere, & eo nomine caveat. f. 227. n. 70. Directa quidem datur soli domino directo praedij, aut cui Servitus constituta est, utilis verò etiam habentibus utile dominium. Usufructuario competit quasi in consequentiam, dum petit ipsum Usufructum. fol. 227. n. 71.

Datur adversus injustè impediendum etiam ipsi summet dominum, & cum qui desit dolo possidere, vel se liti obtulit. f. 228. n. 72.

Negatoria actio opponitur Confessoriae, & est actio in rem, qua negamus, rem nostram Adversario vel fundo illius Servitutum debere, eamque quoad Adversarium qui Servitutum praetendit, liberam declarari petimus, & satisfieri nobis pro danno per attentatam dato. f. eod. n. 73. Vindicatur ergo libertas, & sic est in rem. 74.

Praeter Confessoriam competit etiam novi operis nuntiatio adversus eum, qui aedificando impedit Servitutum usum. Non potest tamen Usufructuarius suo nomine nuntiare, sed nomine Procuratorio, quatenus ei commissa est rei servientis cura,

S.

cura, & ideo contra ipsum dominum non competit, sed sola Confessoria: Habens tamen Servitutum realem suo praedio debitam, potest opus novum nuntiare etiam domino praedij servientis. f. 228. n. 75.

Servitus alia est Personalis, alia Realis. Personalis est, quae à Re aliena debetur immediate Personae à qua, & in ejus commodum dominus rei aliquid in ea pati cogitur. & sunt: Usufructus: Usus: Habitatio. Realis est, quae immediate à praedio alieno debetur praedio nostro. f. 229. n. 77.

De Speciebus, vide propria earum nomina. Servitutus Possessio quomodo acquiratur, vide, Possessio.

Servitus Praedialis seu Realis.

Servitus Praedialis requiritur duo Praedia, quorum unum dominans, aliud serviens dicitur. Si redigantur sub ejusdem dominium, Servitus manet suspensa, donec dominia separentur. f. 245. num. 150.

Sicut Praedium aliud est Rusticum, aliud Urbatum, ita Servitus praedialis alia dicitur Rustica alia Urbana. Urbanum praedium illud dicitur, quod, sive sit ruri sive in urbe constitutum, principaliter ad habitandum, vel etiam lucrum aut voluptatis gratia aedificatum est, & ideo vocatur Aedes, inter quae etiam numerantur Stabula meritoria, Rusticum praedium est, quod principaliter exstructum est, ut praebet usum rusticum in conferendis fructibus, asserendis pecoribus, ut sunt: stabula, granaria, horti olitorij, horrea separatim existentia, vocanturque fundi. f. 245. n. 151. & seq.

Denominationes Servitutis Rusticae vel Urbanae universaliter & ultimate sumuntur ex natura Servitutum, quaecumque sit praedium dominans, seu cui debetur. f. 246. n. 154.

Servitus Praedialis in genere, est Jus praedio inhaerens, ipsius utilitatem respiciens, & Jus alterius diminuens. eod.

Quamvis Servitus praedialis non habeat actum perpetuum, debet tamen habere causam perpetuam. f. 246. z. 156. ubi exempla.

Servitus praedialis potest constari in praedio vicino, modo non impediatur in praedio intermedio. f. eod. n. 158.

Servitutes Urbanae enumerantur sequentes. Jus tigni immitendi: proijcendi: protegendi: oneris ferendi: altius tollendi: Luminum: prospectus: oneris ab aedibus avertendorum: sillicidij, & fuminiis avertendi: cloacae immitendae: fumi immitendi. f. 247. n. 159. de quibus singulis vide propria vocabula.

Servitutes Rusticae sunt, Iter: Actus: Via: aqueductus: Jus aquae educendae: aquae haustus: Pecoris appullus: pascendi: calcis coquendae: arenae fodendae: Cretae vel lapidis eximendi: Navi-

Christ. Haen. Repert.

gandi per lacum vicini: Temonis immitendi. f. 250. n. 177. singula, vide in suis vocabulis.

Non est contra Naturam Servitutus, ut tendat ad aliquod agendum; seu, ut is, cuius praedium servit, aliquid agere debeat: v.g. restaurare pontem, avertere sillicidium. f. 248. n. 166.

Servitutes quo tempore praescribantur, vide, Praescriptio Servitutum.

Servus.

Tomo 1.

Servus efficitur, qui bello iusto ex hostibus gentilibus capitur. fol. 407. n. 46.

Capri à Turcis &c. gaudent beneficio legis Corneliae, ut singantur initio captivitatis mortui, si apud hostes moriantur, vel beneficio postliminij si redeant, ut omnia iura recuperent, ac si nunquam capti fuissent. fol. eod. n. 47.

Nativitate fit Servus ex Ancilla natusque, ut fuerit ancilla toto utero tempore. fol. 408. n. 49.

Condemnatione etiam fit Servus. n. 50.

Denique venditione, si permittens se vendi sit major 20. annis, & particeps pretij, & emptor puter esse servum, venditor autem, & qui venditur, sciunt esse liberum. n. 51. & seq. Denique pater in necessitate vendere potest filium in potestate constitutum. eod.

Amittitur Servitus manumissione. n. 53. de hoc vide, Manumissio.

Servus in testamento haeres scriptus, hoc ipso fit liber, sed cum obligatione adeundi haereditatem. fol. 408. n. 54.

Manumissio facta à minore 20. annis, requirit justam causam à Magistratu approbatam. eod.

Servus æger à domino derelictus, fit liber. num. 56. item circumcitus à Judæo Ecclesiae quoad temporalia subiecto. n. 57. item si dominus consentiat in Matrimonium Servi cum libera, ignorante servituti conditionem in marito. 58.

An servus possit esse testis in testamento, vide, Testamentum. Testium Habilitas.

Servus cum non sit Civis Romanus, testamentum condere non potest. Ex defectu autem bonorum, non bene probatur, esse Intestabilem. fol. 45. n. 207. Neque consensu domini validaretur testamentum, cum non in favorem domini prohibeatur. eod. Valeret tamen in vim Fideicommissi, si manumissus non revocaret. 208.

Dubitans de statu Libertatis, non potest facere testamentum. fol. 46. n. 212.

Servus Minori substitutus, & per aditionem haereditatis exclusus, si Minor contra aditionem restitatur, non admittitur, nisi quando haereditas non est solvendo, quia tunc solum potest servus esse haeres, quando cogi potest, ut sit haeres. f. 167. n. 43.

Cc 2

Sigillum

Sigillum.

De hoc vide, *Scripturae Sigillatae.*

Simonia.

Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel annexum spirituali emptione latè accepta pro quocunque pacto oneroso. fol. 188. n. 58.

In hoc crimine non excusat à gravi culpa levitas materiae. n. 559. Alia est Juris naturalis, alia Juris humani. n. 560. Item, alia mentalis, alia conventionalis, alia realis. fol. 189. n. 560.

Donare rem temporalem, & donatarium se obligare ad aliquid spirituale, non est ex natura rei Simonia. fol. 189. n. 561.

Consecratio rei, v.g. Calicis, non impedit, quominus res vendi possit valore quem habet independentè consecratione. n. 562.

Pro Sepultura quæ dantur, excusantur titulo sustentationis. eod.

Accipere mercedem pro resolutione Casus conscientia, non est Simonia. n. 563.

Accipere mercedem pro labore intrinseco & essentiali operationum spiritualium, est Simonia. non item pro oneribus extrinsecis annexis, & estimationum recipientibus. fol. 189. n. 564.

Est etiam Simonia dari pretium pro licentia Concionandi, Benedicendi Nuptias, audiendi Confessiones. n. 565.

Est etiam Simonia, dari aliquid pro dispensationibus sustentationis titulo, nisi adit licentia Summi Pontificis. n. 566.

Possunt fructus Beneficij absque Simonia locari alteri pro tempore vite, ubi Extravag. *Ambrosio* non est recepta. f. 190. n. 567.

Possunt etiam redimi pensiones habentes annexum onus orandi Cursum B. V. eod.

Ut commutatio Beneficiorum non sit Simoniaca, fieri debet Auctoritate Ordinarij, vel (Sede vacante) Capituli. videtur etiam sufficere auctoritas Prælati conferentis beneficia, exceptis specialiter reservatis. n. 568.

Non est Simonia, resignare Beneficium, supplendo, ut certa personæ conferatur. fol. 190. n. 569.

Resignationes Confidentiales sunt Jure humano Simoniaca, n. 570.

Pœna Simoniarum commissarum in Religionis ingressu, Ordinis susceptione, & circa Beneficia, sunt variae. f. 191. n. 571. & seq.

Res spiritualis (exceptis Beneficij) per Simoniam acquisita non est restituenda ante Sententiam licet nec pretium. Bene tamen pretium acceptum pro Beneficio. n. 573.

S.

De Simonia quis accusare potest, etiam infamis. f. 191. n. 574. in fine.

Societas JESU.

Tomo 1.

Renuntiavit privilegio Concilij Tridentini Sess. 25. c. 3. de Regular. quoad Doms. Professas, quo conceditur possessio Rerum immobilium. f. 296. num. 2.

Religioni huic singulare est, quod qui post Novitiatum edunt Vota Simplicia, sint Domini capaces usque ad ultima vota. f. 297. n. 8. & seq. ubi referuntur Bullæ Pontificiæ, confirmantes hoc Institutum.

Societatis Doms, aut Collegia non succedunt suis Professis, aut Coadjutoribus Formatis per Professionem aut ultima vota. f. 302. n. 19.

Religiosorum horum testamenta ita confirmantur per ultima vota, ut statim fiat executio. eod.

Dispositio habentis Dominium facta sine licentia Superiorum, probabilis esset Invalida. fol. 305. nu. 38.

Tomo 2.

Religiosi Societatis JESU post ultima vota non possunt in particulari heredes institui. f. 62. num. 283. Collegia tamen, & Doms Probationis, atque tota Religio possunt heredes institui. Item Doms professe, sed hæc debent immobilia vendere, exceptis ijs, quæ ad habitationem, & recreationem commoda essent. Qui ultima vota non ediderunt, possunt in particulari heredes institui. n. 285.

Quodsi Professor Societatis hæres institueretur intuitu totius Religionis, aut Doms capaci (& ita præsumeretur de eo, qui se itos aliter non esse capaces) conferret Societas, aut domus instituta, & institutio valeret. Idem probabile est, si ab extraneo ignaro incapacitatis esset Religiosus hæres scriptus, secus si à consanguineo. f. 62. num. 286. & seq.

An Religiosi Societatis possint esse Executores Testamenti, vide, Testamenti Executio.

Societatis Contractus.

Tomo 4.

Societas est conventio duorum vel plurium contribuendi ad commune lucrum, vel usum. Seu Contractus Juris Gentium, nominatus, bonæ fidei, consensu initus, quo duorum, vel plurium opera vel res ad lucrum & damnum proportionatè inter se communicandum, ex honesta conventionione conferuntur. fol. 183. n. 579. Differentia ab alijs contractibus, consistit in communione lucri, quæ in alijs non habetur pro fine. fol. 184. num. 580.

Sicinus

S.

Si unus det Gregem ovium cum pacto, ut conferens curam habeat aliquotam partem fructuum, non facta mercedis mentio, est Societas, fol. eod. n. 581. ubi vide exempla.

Contribuens debet retinere dominium rei contributa, alioquin haberet rationem mutui: potest tamen dominium fieri commune, ut quis possideat saltem per socium. fol. eod. n. 582.

In contributione omnium bonorum, est etiam contributio ad usum communem, & potest Societas contrahi ad solum usum. fol. 185. num. 583.

Societas alia est universalis, hoc est, in universalium rerum communione constituta, alia particularis, seu specialis, cum certæ rei vel negotiationis communio inducitur. fol. 185. n. 584. ubi exempla.

Si quis Sociorum acquirat aliquid actione prohibita, non fit commune, si tamen sponte conferat, non potest repetere. fol. 186. n. 586. Condemnato tamen ad restituendum, debent etiam Socij concurrere, sicut etiam ad pœnam, si conscij fuerint. eod.

Potest Societas omnium bonorum tacite contrahi per actualem comunione bonorum omnium. fol. 186. n. 587. Societas omnium bonorum præsumitur extensa etiam ad bona futura, & quocunque titulo etiam literatim acquirenda. num. 588. Facta mentione hereditatis acquirenda, extenditur ad quemcumque seu ex testamento, seu ab intestato. fol. 187. n. 589.

Vi contractæ Societatis omnium bonorum, imputatur Societati quod quis sociorum dedit filia in dotem, aut filio ad prosequenda Studia. fol. eod. n. 590. & seq.

Societas contracta absque determinatione vel certarum rerum, vel certorum negotiorum, non extendit se ad ea bona que de facto habentur, neque que titulo lucrativo acquiruntur, sed solum ad ea, que titulo oneroso ex quaestu & opera acquiruntur. fol. 188. n. 593.

Vi contractæ Societatis universalis, bona corporalia tempore contractus existentia, statim fiunt communia, & traditio fictione Juris censetur intervenisse: quæ verò corpora post contractum acquiruntur nomine proprio, fiunt immediatè solius acquirentis: obligatus tamen est facere communia. fol. 188. n. 594.

Actiones personales necesse est ut cedantur: reales abque cessione fiunt communes, excepta hypothecharia, cum non sit principalis, sed communiter personali accedat. eod.

Varij sunt modi celebrandi Societatem. Primus est, quo contra habentes expresserunt partes tam lucri, quam damni. fol. 188. n. 595. In quo modo celebrandi servanda est proportio inter contributionem & lucrum. fol. 189. n. 596. Quodsi expref-

sa est pars lucri & damni, vel econtra, est tamen eadem proportio in utroque servanda. n. 597.

Secundus Modus est, quando ob majus pretium operæ in pactum deducitur inæqualitas in lucro. fol. 189. n. 598.

Tertius, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum commune sit, quia opera unius pro pecunia valet. fol. eod. n. 599.

Quartus, si ita contrahatur, ut unus Sociorum lucri partem ferat, de damno non teneatur. eod. n. 600. ubi vide declarationem.

Quando unus solus confert pecuniam, alter operam, periculum pecunie ad solum conferentem spectat fol. 190. num. 602. Verius enim est, quod tunc pecunia non fiat communis, sed maneat propria conferentis. fol. 191. n. 603. Possit tamen ex pacto pecunia esse dividenda, si opera alterius esset tanto pretiosior, & dimidium pecunia haberet rationem mercedis. num. 604. & seq. ubi vide varias Regulas Theologorum pro servanda æqualitate.

Quamvis dominium ipsius capitalis, quamdiu non expenditur, maneat penes conferentem, & ejus periculo sit, si tamen à conferente operam expendatur pro mercibus; hæc merces fiunt communes, ita tamen ut in divisione prius totum capitale extrahatur, adeo, ut etiam præter capitale nihil interfit, illud totum cedat conferenti. f. 192. num. 607.

Potest, per se loquendo, nil refragante Bullâ Sixti V. licitus esse contractus, quo saluum capitale reservetur conferenti, ita ut alsecutio spectet ad accipientem, si observentur certæ conditiones. fol. 195. ubi eas vide n. 611. Ad justificandum hunc contractum debet in conferente capitale, adesse persuasio, quod alter esset negotiaturus, & spes, quod esset lucraturus, alioquin deesset sincerus animus vendendi spem pro modico lucro. fol. 196. n. 613. Includuntur autem in hujusmodi Societate tres Contractus: Societatis: Alsecurationis: Venditionis. Non est tamen necesse, ut fiant successivè, nec etiam ut distinctè & expressè celebrentur. n. 614. & seq.

Potest etiam initi Societas hoc pacto, ut conferens operam, obligetur ad dimidium damni capitalis, casu quo peccat: quodsi verò saluum maneat, detur eidem quarta solum vel quinta pars capitalis in divisione. fol. 196. num. 616. Possit etiam conferens capitale exigere pignus, etiam in casum fortuitum. num. 617.

Socius non tenetur præstare nisi culpam levem, fol. 197. num. 619. & seq.

Socio convenit beneficium Competentiæ, quod est speciale Privilegium hujus Contractus. fol. 199. n. 621. Spectandum autem tempus rei judicanda, quo cognoscatur, quantum socius facere possit.

C c 3

III. 622.

n.622. Fideiussori pro Socio non competit, bene tamen defensori. eod. Neque competit heredi Socij, neque illi qui mandavit, ut Societatem contrahat. n.623. Deducendum prius est alienum debitum ex ipsa Societate, non vero quod aliunde debitum. eod. Non competit hoc beneficium Socio, qui dolo desit esse solvendo. eod. Tenetur promittere, non tamen Cautionem prestare, de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit. n.624.

Si plures fuerunt Socij, & unus solus non est consecutus torum debitum, potest à reliquis exigere supplementum proportionale. eod.

Socij debeat concurrere ad omnes illas expensas, que sunt circa merces, in quibus Societas constituta est, & circa personam ac famulos negotiatoris. fol.200. n.625. ubi, vide quasdam limitationes.

Quidquid Negotiator in itinere ad negotiandum in Medicis & Pharmacia (non item in convivia, nisi & hæc ad negotia perficienda conducere) ratione sinistræ valetudinis expendit, habet jus illud extrahendi. Idem dicendum de morbo, domi ex causa Societatis contracto. fol. eod. num.626.

Si Negotiator à latronibus spoliatur, naufragium faciat, & amittat aliqua sua propria, que ad negotiationem faciendam secum tulerat, ea quoque extrahenda sunt; item litram, si capiatur, nisi hæc ipsius levi culpa eveniant. eod.

Tenetur Socius ex iustitia subministrare mutuas pecunias ex proprijs, quando non habet communes, si necesse sit ad conservandas merces, & si negligat, damnum spectat ad illum solum. fol. 201. n.627. Si vero subministravit, extrahit quodsi non sit unde extrahatur, habet actionem negotiorum gestorum. eod.

Socius non potest extrahere damnus, quod non formaliter, sed tantum occasione administrationis incurrit. fol.201. n.628. ubi exemplum.

Potest socius per pactum obligari ad non communicandas operas alteri societati. Secluso tali pacto potest Societates multiplicare, sed sine præiudicio prioris. fol.202. n.629. Quamvis ex societate cum alijs inita, de facto prioribus socijs nullum damnus illatum est, si in iudicio conventus ob fidem non servatam in penam condemnatur, eam solvere tenebitur: item refundere debet lucti excessum, quem intuitu hujus obligationis consecutus est. Ex lucro tamen ex alia Societate quæsito nihil conferre tenetur. f.202. n.630. Sive fuerit in pactum deductum sive non, si alia Societas inita est cum damno prioris, tenetur restituit, sicut & lucrum cessans. n.631.

Accipienti pecuniam mutuum ceteri socij obligantur, si pecunia in communem usum versa est,

secus non obligantur, si societas non est universalis. fol. eod. n.632.

Possunt bona sociorum obligari eo modo, & in illis casibus, in quibus ipsa persona obligatur. eod.

Quando communi consensu unus ex socijs tanquam Institor negotiationi præpositus est, ut solus exerceret, hujus contractibus omnes & singuli in solidum obligantur. Idem est, quando socij ex omnium consensu promiscue negotiantur. Qui tamen non sunt negotiari, non possunt conveniri, nisi prius excluso eo, qui immediate contraxit. fol.203. n.633.

Quando aliquis ex Socijs constituit Institorem, si non omnium nominæ, & ex eorum mandato constituit, etiamsi ceteri sciverint, nec contradixerint, lucrum quidem est omnibus commune, damnus vero erit solius constituentis, qui socijs tenebitur actione pro Socio, non secus ac si ipse commississet. fol. eod. n.634. Qui communi nominate Institorem constituerunt, non possunt invicem de Institoris facto agere, sed damnus ab eo datum illis commune est. eod.

Rebus communibus non potest unus Socius alijs invitatis agere, nisi ad usum destinatum. f.203. num.634.

Quando Jus est Individuum, non potest ab uno Socio sine alijs exerceri in præiudicium ejusdem. fol. eod. n.635. ubi exemplum in Jurisdictione.

Socijs competit adversus se invicem Actio pro Socio, utrinque directa, & datur etiam quandoque durante Societate, regulariter non nisi finita Societate. fol. 204. n.636. Non datur hæc Actio illis, qui absque Contractu in rem communem incidunt. n.637.

Datur etiam Socijs Actio communi dividendo: ita tamen, ut, una intentata, altera tollatur, quatenus ad eundem scopum tendunt. f.204. n.638.

Potest etiam Socius contra Socium intentare Actionem ex Lege Aquilia, si res communis à Socio damnus ex culpa passa est. Item Actio furti Socio adversus Socium competit, si manifestum sit, dolo malo rem amotam fuisse, vel animo ceclandi attractam: & probatio Actori incumbit. fol. eod. n.639. ubi vide, quomodo una aliam perimat.

Societatis Dissolutio.

Societas dissolvitur 1. mutuo consensu, etiam tacito, quando Societas inita est cum definitione temporis certi, intra quod non liceat cuivis recedere, bene tamen utriusque consensu. fol. 209. num.641.

Dissolvitur 2. Renuntiatione, quando non est inita cum definitione certi temporis. Quodsi Socius ante

cius ante tempus præfinitum alijs non consentientibus renuntiet, renuntiatio eatenus nocet renuncianti, ut solum damnus, non item lucrum illi commune sit. fol.205. n.642. ubi, vide Exceptiones.

Renuntiatio insinuanda est omnibus Socijs, & ita tempestive & opportune faciendâ, ut non sit damnosa ob negotia jam inchoata. fol.206. n.643. Facienda etiam est sine dolo. n.644.

Dissolvitur 3. Morte unius Socij, & quidem quoad omnes, nisi aliter conventum esset. fol. eod. n.645. Si mortuo uno Socio per aliquem ceterorum aliquid ceptum est ignorata morte Socij, quoad illud non est dissoluta Societas, sed continuanda per heredem, quousque negotiorum absolvatur; secus si cognita Socij morte ceptum esset. fol.207. n.646.

Si Societas consistebat in cultura vineæ, agris, ad plures annos, ita tamen ut non haberet naturam locationis aut Emphyteusis, tunc re adhuc integra finitur statim unius morte, secus, transibit pro illo anno ad heredem. fol. eod. n.647.

Dissolvitur 4. Maximâ & mediâ capitis Diminutione, Confiscatione, Publicatione. fol. 207. num.648.

Dissolvitur 5. Rei interitu sive naturali, sive civili, v.g. si usui Sacro destinatur: item negotio finito, cessione bonorum, & egestate. fol. eodem. num.649.

Societas non transit vi primæ Conventionis ad heredem, adeo ut nec pacto quidem fieri possit, ut uno mortuo ejus hæres sit Socius reliquorum. f.208. n.650. Possit tamen hujusmodi pactum juramento firmari. n.651.

Si hæres defuncti Socij conveniat cum ceteris, ut continuetur Societas, censetur Societas de novo inita. fol. eod. n.652.

Quando Societas est constituta circa vestigalia, aut alias res publicas conductas, tunc pactum adjectum, ut ad heredem transeat, ob favorem Rei publicæ sustinetur, ita ut quidquid commodi vel damni post mortem Socij evenierit, hæredi sit commune, si tamen hæres sit persona idonea. fol. eod. num.653.

Potest Socius defunctus suum heredem gravare, ut si Socij velint cum ipso Societatem continuare, teneatur consentire. fol.209. n.654.

Socius Criminis.

Quomodo possit interrogari de Socio, & quid operetur ejus nominatio, vide, Testis. & To.6. fol. 263. 59.

Sodomia.

Tomo 6.

Ad Sodomix crimen reducitur omnis actus Ven-

reus contra naturam commissus inter diversa supposita. f.192. n.575.

In Imperio pœna Sodomix est concrematio, quamvis ex consuetudine soleat premiti decapitatio. Si cum bruto peccatur, etiam brutum comburitur, & reus, nisi ob animæ periculum gratia fiat, vivus. n.576. Quæ pœna cum stratiocissima, non solet ob frequentiam delicti exasperari. num.577.

Ut constet de corpore delicti, sufficit si confessioni Rei accedat unus Testis omni exceptione major. fol.193. n.578.

Solus conatus absque effectu secuto, non puniatur ordinariâ pœnâ. num.579.

Solemnitates.

Tomo 5.

Regulariter quidem præsumuntur in actu omnes solemnitates intervenisse, & neganti incumbit onus probandi: sed excipiuntur Minores contractantes cum Majoribus. f.185. n.29.

Solidi.

Tomo 3.

Ex multorum opinione Solidus æquivalere Aureo Ungarico. f.127. n.152.

Solutio.

Tomo 3.

Ut aliud pro alio solvatur, requiritur consensus Creditoris. Tollitur autem debitum quocumque solvente, etiam ignorante, imò invito Debitor. Liberantur etiam Fideiussores. f.28. n.167.

Donator potest loco rei donatæ solvere affirmationem. f. eod. n.168.

Debitum in diem solvi potest ante diei adventum invito Creditore, nisi dilatio in favorem Creditoris adjecta esset, sicut locus solet constitui. Solvendum tamen est tempore non importuno jure gentium. f.29. num.169. & seqq.

Solvi potest Tutori. Item Procuratori generali, Procuratori tamen putatio non rectè solvitur, nisi vel pecunia ad Creditorem pervenerit, vel solutionem ratam habuerit. fol. eod. n.175. & seq.

Quando Creditori Creditoris solvitur, ut primus debitor liberetur, distinctio opus est. Si enim causa solvendi est eadem, tunc Debitor & Creditor ipso jure liberantur. Sin minus, restat enim est versa in utilitatem Creditoris, continget liberatio tantum ope exceptionis. f.30. num.177.

Si debita sint plura, nec tamen nisi pro uno solvitur, tunc si tempore solutionis Creditor non elegerit, pro quo debito satisfieri velit, solutio illius debiti præferitur, ad quod solvendum cogi potest. si ad omnia cogi potest, gravior causa præferatur minus gravi. Si causa sint paræ, debitum antiquius,